





10877.
DISSERTATIO INAUGVRALIS
DE
SVCCESIONE MATRIS
EX
STATVTO BVDISSINENSI
VVLGO

1735, 27.
8
Som Schooß-Gall

QVAM
AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE
MAGNIFICO ACADEMIAE RECTORE
DN. IO. FLORENTE RIVINO

ICTO

PAND. PROF. PVBL. CANONICO NVMBVRGENS.
ET WVRZENS. ET FACVLT. IVRID. ASSESS.

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
CAPESSENDIS
EXAMINI PVBLICO PROPOSVIT
AVCTOR

ERDMANN GODOFREDVS
SCHNEIDER Δ

SENATOR BVDISS. ET IVDICII SVPREM. PRAEFECT.
SVPER LVSAT. ADVOCATVS ORDINARIVS.

LIPSIAE D. XV. NOVEMBR. CIO IOCC XXXV.

LITERIS IOAN. CHRISTIANI LANGENHEMIL.

DISSERTATIO INVA GVALIS
DE
SUCCESSIONE MATRIS
IN
STATUTO BADISSINENSI
VITCO
Joh. Jakob Schell
IN
ACADEMIA
ALMA MATERIA GYMNASII
BADISSINENSIS
MAGISTRO JOHANNI FRIEDRICH
DITJO THOMASER RIVINO
CANDIDATO JURIS DOCTORO
SVMPTIBUS AUCTORIS
SVAVIS IN VINDOBONA IN PRAESENTIA
SVMPTIBUS AUCTORIS
FRIDRICH ANTONI GOSCHWITZ
DE SCHNEIDER
CANDIDATI JURIS DOCTORO
CANDIDATI JURIS DOCTORO
CANDIDATI JURIS DOCTORO
CANDIDATI JURIS DOCTORO



VIR
Prænobilissime, Amplissime, Consul-
tissime atque Doctissime,
Spectatissime Senator.



Vum ad omne votum, Fautor Æstu-
matisime, Fortuna Te comitatur,
adeo, ut quilibet Tui haud ignarus,
Te filium cum Themidostum Tha-
lami prædicet beatissimum, quid mirum! quod
ego applaudam. Nondum enim longa annorum
series est præterlapsa, cum Tibi splendidæ Tuæ
virtutes conjugem conciliarent amœnissimam;
Biennium nondum est effluxum, ex quo in Repu-
blica nostra Budisfinensidignitate Senatoria dignis-
sime exornatus, & ad Patres conscriptos es rela-
tus; Et dum nunc ulterius summos in utroque.
Jure honores capeffens, progredere, hisque de
novo vota secunda ex Voto conjungis, Tibi de
his, Vir Consultissime, gratulari, mearum par-
tium esse judicavi. Profecto non sine felici omi-
ne, Amice per quam Colende, in eruditissima
Tua dissertatione inaugurali ad statuta Budisfi-
nensia, quæ Budisfinensibus maritis quam maxi-
me favent, animum convertisti, quæ & Tibi stu-
dia Tua, meritaque de Republica nostra pro me-
ritis

ritis compentatura & ad altius felicitatis fastigium
evectione esse, non frustra conjicio, adeo ut ne-
mo Te ad majores honoris gradus, virtute duce
& comite fortuna indies ascendente, virum fe-
re ex omni parte beatum nominare, sit du-
bitaturus; quid? quod posteritas nostra
cuilibet prospera quæque apprecatura Te pro
Exemplo omnimodæ felicitatis sit habitura, certo
sum persuasus. Fruaris itaque laborum Tuo-
rum atque honorum fructibus in continua serie
ad seros usque annos quam felicissime, id, quod
ex intimo cordis affectu mecum omnes haud in-
fucati amici exoptant.

Hiscæ paucis Collegæ & Amico
suo Devenerando gratulari
voluit

Johannes Henricus Otto.



Hoch-Edler,

Hochgeehrtester Herr Doctor,

Hochwertbesten Herr Bruder,

Democritus lachte, und Heraclitus weinte über die wunderlichen Austritte und seltsamen Handlungen derer Menschen auf den Schau-Platz dieser Welt. Sothane Aufführung obgemeldter beyden Welt-Weisen entstand aus einem eingebildeten aufrichtigen Ante-Cyfer. Es finden sich heut zu Tage auch viele, welche zwar dem Democrito und Heraclito im Lachen und Weinen nachahmen; Jedoch, hierzu werden sie durch ihre verderbte Gemüths-Neigungen angetrieben. Einige lachen, wenn alle Unternehmungen des Nächstens den Krebs-Gang gehen, weil sie auff solche Art die Anzahl entweder derer unglücklichen Gefellen oder derer ihnen unterworfenen und schuldigen Diener vermehrt sehen. Andere hingegen betrüben sich, weinen auch wohl gar, wenn sie vermercken, daß einem das Glück günstig ist, indem sie solches selbst gerne haben wolten, oder sich befürchten, einen neben sich zu leiden, der ihnen gleiches Gewichte halten, oder wohl noch gar überwichtig werden möchte. Mein lieber Herr Bruder, man hat wahrnehmen müssen, daß über dein Glück einige lachen, einige weinen. Freunde und alle Aufrichtige sind über die vom Himmel Dir zugeschickten Gaben aufs höchste erfreut, der Neid aber und die Tadelsucht haben sich in genauester Vertraulichkeit zusammen gesetzt und lassen ihre spitzige und schlipffrige Zungen über selbige gehen, können sich nicht einbilden, daß solches möglich sey, und, da sie Dich gleichwohl damit überschüttet sehen, gehen dem verdammten Neide die Augen über, und die unvernünfftige Tadel-

sucht

nicht schämet sich wegen des verfehlten Zwecks ihrer geführten stadtlischen unnützen Reden, und derer dabey gehegten so wohl unzüchtigen als eigennütigen Absichten. Man lasse demnach die Neider neiden und die Haßerhasen, was GOTT will, müssen sie Dir, Mein Hochwertbesten Zerr Bruder, lassen. Und daher erfreue mich besonders anigo hierüber, daß Dein Fleiß und Mühe, durch Erlangung der Doctor Würde, belohnet worden. Der Höchste lasse Dich solche Ehre bis in das späte Alter mit Ruhm genießen, und regiere Dich durch die Krafft seines Geistes, daß Du Dein verliehenes Talent zu dessen Verherrlichung und zum Nutzen des gemeinen Wesens und Deiner Freunde anlegen mögest. Auf solche Art wirst Du Ehre auf Ehre häuffen, worüber mich Zeit Lebens erfreuen und verbleiben werde

Meines Hochwertbesten Herrn Bruders

treu-ergebenster

Johann Gottlieb Schneider.

Soch-Edler Freund, ich will bey diesen Fest,
Da Pallas Dich mit Ehren krönen läßt;
Diß wenige statt eines Wunsches schreiben,
Und diesen Blatt, was wahr ist einverleiben:
Du bist mit Recht gedoppelt Stückes werth,
So Fleiß und Treu Dir würdiglich verehrt.
Mit einem will der Doctor-Hut Dich zieren,
Zum andern wird die Zeit Dich halbe führen.

Seine aufrichtige Ergebenheit und Ehrlichkeit wolte hiermit gegen Sr. Hoch-Edlen Hr. D. Schneidern öffentlich bezeigen, und sich zu gütigen Andencken empfehlen
Christian Gottfried Meißner.

CONSPECTVS
DISSERTATIONIS.

- §. I. *Sucessio matri ex LL. XII. Tabb. denegata.*
- §. II. *Iure Praetorio mater ad Successionem admissa.*
- §. III. *Ius Liberorum, a D. Claudio Imp. matri datum.*
- §. IV. *SC. Tertullianum sub Hadriano non vero Antonino Pio conditum.*
- §. V. *Sucessio matris ex SC. Tertulliano, aliisque constitutionibus, quae matrem partim adiuuabant, partim praegravabant.*
- §. VI. *Ius successionis maternae a Iustiniano A. dilatatum.*
- §. VII. *Consuetudines Armeniorum ad Nouell. 21. ab iniustitia vindicatae.*
- §. VIII. et IX. *Transitio ad successionem matris ex statuto Budissinensi et eiusdem Articul. 4. et 5. Tit. I. Part. II.*
- §. X. *Fundamenta successionis matris et descendentium a patre. Viriusque successionis temperamentum ex statuto Budissinensi.*
- §. XI. *Exponuntur rationes Iuris statutarii.*

X 2

§. XII.

- §. XII. *Quomodo Ius statutarium ratione foeminarum solutarum, Coniugarum, et viduarum cohaereat.*
- §. XIII. *Ratio primaria statuti indicatur, et defenditur.*
- §. XIV. *Adstruitur, statutum non pugnare cum regula Vulgari: Iura successione esse reciproca.*
- §. XV. XVI. et XVII. *De liberis, quibus mater ex statuto succedat.*
- §. XVIII. *An succedat quoque nepotibus.*
- §. XIX. XX. XXI. XXII. et XXIII. *In quibusnam bonis liberorum mater succedat: An in hunc censum veniant bona acquisita.*
- §. XXIV. *De divisione hereditatis inter matrem et liberos ex statuto.*
- §. XXV. *De successione matris in bonis liberorum autis.*
- §. XXVI. *Interpretatio formulae statuti, daß Erbe der Mutter in den Schoß fallen. ex Glossa Iuris Saxonici Commun. et Magdeburgici.*
- §. XXVII et XXVIII. *Quo sensu haec formula veniat in statuto.*
- §. XXIX. *Conclusiones variaë ex principiis §. 27. & 28. deductae.*
- §. XXX. *De Iure liberorum, quod habent, quando ad matris bona creditorum concursus factus est; et casus specialis praeiudicio confirmatus.*



§. I.

DEcemuirali lege *sui* tantum *agnatique* proximi, iisque deficientibus *gentiles* hereditatem capere poterant. Ita enim *Tabul. V. Ast si intestato moritur, cui suus heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto. Si agnatus nec escit, gentilis familiam heres nancitor.* Lex *consanguineos* ne quidem comprehenderit, qui ex interpretatione prudentum locum demum inter agnatos acceperunt *Paulus III. sentent. sub tit. de intestat. success.* apud auctorem *collat. LL. Mo- saicar. Tit. 16. §. 3.* quod accurate obseruatum a *IACOB. GOTHOFREDO in font. quat. Iur. Ciuil. pag. 97. Tom. III. Thesaur. Otton. et mater exclusa,* cum illa cognationis iure liberis tantum coniuncta esset, §. 4. *Instit. de success. cognat. Vlpianus fragment. Tit. 27. §. 8. intestati filii hereditas ad matrem ex lege XII. Tabb. non pertinet.* Romanos quid mouerit, vt *suos, agnatos et gentiles* tandem heredes vellent, ii non ignorabunt, qui *sacra eorum familiaria* probe intelligunt, sine quibus transferri

A

here-

hereditas non poterat. Ita familiarum fortunis atque incrementis callidissimo inuento eos studuisse, palam est.

§. II.

Hic stricti iuris rigor Romanum forum non per exiguum temporis spatium obsederat, donec populus mutaret mores, et praecurrentibus Praetoribus vetera accommodaret iura ad praesentem Reipublicae formam, quae faciem longe aliam ab antiqua induerat. Quare et introductum fuit Praetorio Iure, ut mater ad successionem, *bonorum successione, unde cognati, accommodata, vocaretur, pr. I. de SC. Tertullian.*

§. III.

Augustis Romanam tractantibus Rempublicam, respondendique de iure beneficio iis concessio, quibus fere imperantium arbitria leges videbantur, vetusti iuris angustias multum dilatatas, nouimus. *Et primus quidem D. Claudius matri ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem. §. 1. I. de SC. Tertullian.* quo pertinent illa, quae habet SVETONIVS in *Claud. c. 19. foeminis Ius quatuor liberorum* indulgit, et quae ibidem obseruat CL. TORRENTIVS. Amissorum liberorum nomine autem tantum intelligendos, nobis videtur, qui in acie ipsoque conflictu cecidere, quod innuunt illa, *Pr. I. de Excus. Tut. et Cur. et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur, hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.* Adde Theophilum d. tit. neque quis contrarium euincet ex verbis §. 10. *Instit. de adoption. sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum (foeminae) adoptare possunt.* Etenim et haec restringenda existimamus, ad amissos in acie,
aut

aut si quid aliud ab indulgentia principis sperari potuit, quod fere suadet *l. 5. Cod. de adopt.* diuersum id a nostro instituto, adque successionem matris in bonis, quae liberorum sunt, trahi posse, nemo sibi persuadeat.

§. IV.

Hadrianus Augustus, qui legibus imbuit Rempubli-
cam, laudante LATIN. PACATO Panegy. c. 11. atque Nu-
mam Regem imitari studuit, docente VICTORE Schotti
c. 14. et obseruante CL. DODWELLO Praelection. Camb-
den. VII. 6. p. 295. quotidie totam illam veterem ac squal-
entem siluam legum nouis principalium rescriptorum et
edictorum securibus rustabat caedebatque, TERTULLIAN.
Apologet. 4. non tantum edicto perpetuo Iuliani opera
condito, VICTOR Schotti c. 19. EUTROPIVS VIII. c. 9.
Iustinianus constit. graec. de confirmand. Digest. §. 18.
ANT. PAGO dissert. byptic. Part. II. c. 4. num. 3. respon-
dendi de iure beneficio restituto, Pomponius L. 2. §. ult.
ff. de or. Iur. constitutionibus nouis editis, quae vide
apud RENAT. BOTTEREAV in Hadrian. Legislator. im-
mortalem nominis sibi parauit memoriam, sed in primis
SC. Tertulliano facto apud ICTOS celebris factus, quo cau-
tum est plenissime de tristi successione matri, non etiam
auiae deferenda, vt mater ingenua trium liberorum ius
habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumue
admittatur intestato mortuorum. §. 2. I. de SC. Tertull. add.
THEOPHIL. ibid. quae loca edocent SC. hoc omnino
sub Hadriano non vero Antonino Pio conditum. Quam-
uis enim ille post adoptionem T. Aelius Caesar Hadria-
nus Antoninus dictus sit, quod constat ex mole Hadriani,
et CUIACIUS vrgebat in not. ad d. §. Instit. neque oc-
currat Consul ordinarius Tertulli nomine sub Hadriano,

verum *Tertullus* quidam cum *Claudio Sacerdote* demum prodierit Consul anno *V.C. 910. A. D. 158.* Sciunt tamen omnes, *plures* tum anno vno fuisse *Consules suffectos*, quorum nomina intercidere: neque vnquam quis reperiet exemplum, vbi *simplex* Hadriani nomen Antonino Pio datum sit. En verba Theophili! *χρονω δε εφερον δογμα γεγονη Τερτυλλιανειον, επι της Αδριανης βασιλειας, post tempus aliquot factum est SC. Tertullianum, regnante Hadriano, quae verba sic posita, nemo recte ad Antoninum Pium applicabit.*

§. V.

Ex hoc *SC. mater*, quae ius liberorum habebat, *succebat liberis, agnatis liberorum penitus exclusis.* Vbi vero ius liberorum non habebat, excludebatur prorsus ab agnatis a liberorum suorum successione, *L. 2. Cod. Theodos. de inoffic. testament. constitutione facta a Constantino M. an. 321. nec luctuosam ei (matri) nec legitimam reliquerit portionem (filius) ut testamento remoto, matri successio deferatur (si tamen defuncto consanguinei agnati non sunt superstites) etc.* Aliae constitutiones, iura legitimaee successionis perscrutantes, partim matrem adiuvabant, partim eam praegravabant, vt loquitur Iustinianus §. 5. *ad SC. Tertullian.* Ita idem *Constantinus* eodem anno constitutione emissa ad Bassum *P. V. Leg. 1. Cod. Theodos. de legitim. hereditat.* matri, quae ius liberorum non habebat, tertiam bonorum partem intestati filii adiudicabat, agnatis duas tertias. Tum mater, liberorum ius non habens, cum agnatis omnibus in tertiam partem concurrebat, liberorum vero iure gaudens admittere iussa in tertiam partem agnatos, ad patruj vsque nepotes. Imo ex hac ipsa lege matri et ipsis etiam agnatis bonorum possessionis petitio

titiō necessaria non erat, quia legis est non Praetoris beneficium, inquit Constantinus. Sufficiebat ergo simplex aditio. Aliud postea constitutum de matris successione in bonis filii, si fratres ei existerent, a Valente Orientis Imp. an. 369. constitutione emissa ad Aukonium PF. P. L. 2. Cod. Theodos. de legit. heredit. vbi mater concurrens cum fratribus defuncti filii, ab iis penitus excludebatur, quae tamen excludebat capite deminutos, quia, inquit lex, non solum filius consanguineus, sed etiam per adoptionem quaesitus, nulla capitis deminutione intercedente, eius matrem excludit, sic idem patiatur mater defunctorum excludi a fratribus consanguineis existentibus.

§. VI.

Et ita ferme se habebat successio matris in bonis filiorum ad usque Iustiniani Augusti tempora, qui constitutiones anteriorum Principum omnes negligens, docente §. ult. Instit. de SC. Trebell. constitutione noua data ad Mennam Praef. Praetor. L. 7. Cod. ad SC. Tertullian. illud voluit, vt mater vna cum defuncti fratre et sorore hereditatem caperet, atque concurrens cum sororibus agnatis vel cognatis defuncti vel defunctae pro veterum legum tenore partem dimidiam, superstitibus autem vel fratre vel fratribus vel sororibus, in capite distributa hereditate, succederet. Singulare est, quod ibidem §. 1. sancitum, sin autem defuncta persona non solum matrem et fratres et sorores superstites habeat, sed etiam patrem: si quidem sui iuris decessit, quia patris persona interueniens matris iura superare videtur: omnibus pio animo prouidentes, sancimus fratres quidem et sorores mortuae personae ad successionem proprietatis solos pro virili portione vocari: patri autem et matri vsumfructum totius successionis pro

besse competere, aequa lance inter patrem et matrem diuidendum, etc. Ex hac ipsa vero constitutione desumptum, quicquid de successione §. 5. *Instit. de SC. Terullian.* dictum, introductumque fuit. *Nouella Lege 118. c. 2.* qua ratione successione ius matri auiaeque competens dilatum fuerit, et notum omnibus, et nostri non est instituti, huc transferre.

§. VII.

At non possumus non tangere Iustiniani *Novellam XXI.* quae damnat *mores Armeniorum*, qui foeminas excludebant a successione *parentum, liberorum, cognatorum ab intestato.* Fictae ibi sunt, quas adducit, rationes. *Barbaricum* vocat *morem*, quem tamen antiquissima Romanorum iura seruasse, meminisse debebat. *Barbaricum* item vult, quod sine dote ad viros venerint apud eos puellae: verum et hoc Graecia vetus ita facere consueuerat. vide COLERVUM et BERNEGGERVM *ad cap. 18. TACIT. de morib. German.* neque quod a maritis futuris emptae fuerint, barbarum quid redolere nobis videtur. Verum omnino; multis gentibus ex Germanis nostris ita olim placuisse, sed numne Roma vetus aliter? Quid enim voluere *nuptiae per Coemtionem* factae? Addit Iustinianus: *non ipsis (Armeniis) solummodo haec ferocius sentientibus, sed etiam aliis gentibus, ita exonorantibus naturam et foemineum iniuriantibus genus, tanquam non a Deo sit factum et seruiati natiuitati, sed tanquam vile et exonorandum, et extra omnem competentem honorem.* En Zelum Augusti, quem videtur excitasse eius in *Theodoram* nimius amor, quam non in omnibus excuso; neque enim cuncta reiicienda, quae habet PROCOPIVS *in arcana historia.* Sapienter Armenii olim cum aliis gentibus id constituerant, vt exclude-

cluderentur a successione foeminae, cum splendori familiarum, diuitiis atque potentiae studerent. Vulgare id *foeminam finem esse familiae*, quae aucta pecuniis, non ad gentem suam, sed ad aliam transferat omnia. Forte voluere Orientis Principes, vt communicato cum foeminis successione iure, illorum potentia euilesceret, quos timebant. Difficile enim imperare illis, qui *priuati* nomine audiebant, re ipsa *Principes* repraesentabant; quales olim fuere *Appius*, *Lucullus* et alii, quos memorant longa serie historiarum scriptores.

§. VIII.

Paucis placuit dare varietatem maternae successione apud Romanos. Hanc qui rerum gestarum ordinem non ignorat, vix mirabitur, et accuratius etiam capiet. At maiores nostri, quos nunquam iugum Romanae seruitutis coërcuerat, alia longe a Romanis legibus olim statuere, quae nota sunt iis, qui multa opera in eruendis vetustatis Germanicae deliciis defudare solent. Ita et successione iura sese habuere: Certe *quot olim prouinciae, tot consuetudines* inter se diuersae.

§. IX.

Rei veritatem testari potest *Statutum*, quod seruat patria *Budissa*. Matri id in bonis a patre filio filiaeue relicti *usufructum, proprietatem* defuncti fratribus vel sororibus tribuit. En verba statuti; *Part. II. Tit. I. Art. IV.* Hat auch die Frau Kiender Vnndt stierbet deren eines oder mehr, deren angeerbetes Vätterliches Guth soll der Mutter in den Schoß fallen, doch also, daß die Mutter solch angestorben Guth ihren andern Kiendern, als des verstorbenen Kiendes leiblichen Geschwistern nicht entfrembde, Sondern sie soll daselbe gedachten Kiendern vor Gericht

Gericht oder vor ihren Vormunden also versichern, daß Sie daran ein Gnügen haben können. Addimus interpretationis causa sequentem *Art. 5.* Wenn auch die Frau bereits einen andern Mann zur Ehe genommen, vndt sie sodann ichtwas von ihrer Kiender Erster Ehe Vatter Theile anstürbe, So mag ihr Mann solches angestorbene Guth in Vormundschaft nehmen, das ist, er soll solches versichern nach des Raths Erkännuß, daß, im Fall die Frau mit Tode abgienge, Sie das angestorbene Guth von ihren Kiendern erbe an ihre Erste Kiender, als des verstorbenen vollburthige Geschwister, vndt ob die nicht vorhanden wären, an ihre andere Kiender vndt derselben nechste Freunde, vndt nicht an ihren Mann, noch an dessen Freunde.

§. X.

Continet statutum, vti vides *temperamentum Iurium succedendi*, quae et matri et agnatis competunt. Matrimonium, quod primam artificissimamque merito dixeris societatem, Rerumpublicarum originem, communionem personarum, rerum, animorum, corporum, diuini humanique iuris communicationem, pugnat pro *successione materna*. Accedit *ius sanguinis, liberorum, datum ob amissos legibus solatium, Ius alimentorum*, quod in mariti bonis est. At vero *successionem collateralium, proximorum defuncti, cum matre concurrentium vrgent iura agnationis, sanguinis, bonorum paternorum vel aitorum*, publica atque priuata *conseruandae paternae familiae utilitas, ipsum denique naturale votum*, et hinc *praesumpta patrum auorumque voluntas*. Haec fundamenta *successionis matris et descendentium a marito patre, patriae nostrae patres ponderantes, constituentisque vtramque iuuare partem, melius consulere non poterant priuatae*

privatae publicaeque rei, quam dato *matri* iure succedendi in *usufructu*, atque adiudicata *proximis* defuncti *collateralibus* *proprietate*. En quam accurate *suum cuique*, et quod vtrique convenientissimum, a maioribus nostris tributum sit! Ita certe nec matri nec defuncti collateralibus querelae locus relictus.

§. XI.

Quo vero de *intentione statuti* accuratius sentire possent posteri, neue daretur occasio iis, qui fora obsident, indigestis circumlocutionibus, interpretationibus vagis variisque, sensum non ferientibus; sapienter nostri rationes, quae mouere poterant, vti discesserint a iure Saxonico et Romano, exposuere. Videamus verba *Artic. IV. Tit. I. Part. II.* daß die Mutter solch angestorben Guth ihren andern Kiendern, als des verstorbenen Kiendes leiblichen Geschwistern nicht entfrembde. et *Artic. seq. V.* daß im Fall die Frau mit Tode abgienge, sie das angestorbene Guth von ihren Kiendern erbe an ihre erste Kiender als des verstorbenen vollbürtige Geschwister, und, ob die nicht vorhanden weren, an ihre andere Kiender, vndt derselben nechste Freunde, vndt nicht an ihren Mann, noch an dessen Freunde. Primum occupat hic locum insignis *cura patriae patrum conseruandi paterna bona* descendentibus paternis. His deficientibus, vterinis fratribus et sororibus, quique hos repraesentant, nepotibus; tandemque cognatis maternis prospectum est. Datam in primis obseruabis operam, ne vitrico eiusdemque agnatis et cognatis, bona a patre auoque profecta, cederent: Et hoc facto omnino iis, qui bonis paternis auitisque infidias struere cogitant, frenum iniectum est. Bona etiam paterna et forte materna, et integrum immutatam-

B

que

que matris in liberos amorem conseruari facilius: imo
anxia aui patrisque desideria, mortem alioquin non nisi
inter spem metumque liberorum causa obeuntium, con-
fidentius adimpleri, nostros statuisse, iudicauerimus.

§. XII.

Tot rationibus euictum est, si quid videmus, non
praeter rem in statuto patrio *viduas* aliquanto durius ha-
bitas, neque temere a Iure Saxonico et Romano recef-
sum fuisse. At non viduis solum sed *solutis* quoque *con-*
iugatisque foeminis fere idem contingit. Ita *circa sponsa-*
lia solutarum, et consanguineis et Reipubl. maxime profi-
cua, *sponsis* vero et postea maritis, mirum quantum *ad-*
uersa lex scripta est, *Stat. Part. II. Tit. III. Wieder die*
heimliche Ehegelübde. Marito bonorum *dotarium* et *pa-*
raperbernalium plenum et perfectum *dominium* acquiritur,
obaeratus ex iisdem soluit, *defunctus* ad liberos et fami-
liam suam, quae vxoris fuerant, transmittit, sola portione
statutaria, tertia nimirum hereditatis parte vxori seruata,
Part. II. Tit. IIX. Artic. I. et Part. II. Tit. I. Art. I.

§. XIII.

Cohaerere hoc modo vides Ius statutarium foeminas
concernens. Manifestum inde, Iuris patrii conditores *fa-*
miliarum consuluisse *conseruationi*, tutamini fidei, com-
merciorum animae, et vt rem verbo absoluam, plus dedif-
se *utilitati* ciuitatis *publicae*, quam foeminarum priuatae.
Nec habent, quod de iniuria sibi facta querantur foemi-
nae solutae, coniugatae, ac demum viduae, de quarum Iure
hic dicendi in primis locus erit. Si quod enim matri-
us est in bonis liberorum, certe non idem est eius cognat-
is. Prospectum enim ipsi satis *usufructu*, maxime cum
bonorum suorum *dominium* plenum et perfectum matri-
monii

monii implens condiciones, transtulerit in maritum. Et vel hoc solo nomine recte *proprietatem* defuncti fratribus fororibusque ac reliquis descendantibus a marito relinquere lege patria cogitur.

§. XIV.

Ad commodam statuti nostri dum accedimus elucidationem, communes DD. voces sollicitos nos reddere posse videntur, obiicientium: pugnare id cum prima, quam toties inculcant, regula: *iura* nimirum *successionis reciproca* esse. At quamvis lubentissime concesserimus, hanc ipsam iuris regulam ad casum, quem statutum patrium concernit, applicari non posse; id tamen tuto affirmare possumus, eandem patriae legi aduersam non esse; sed vel male intellectam vel applicatam. Visne fundamentum propositionis, quam iactitant ICti? aliud certe non inuenies, quam illud, *quod iuris est in vno correlatorum, idem et in altero, nisi diuersitatis subsit ratio*, argumento *Leg. fin. Cod. de indict. viduit. et Leg. Iul. Miscell. tollend.* Iam vero §. 6. Part. II. Tit. I. cautum est, vt indistincte matri succederent liberi. At cum matris successio in bonis liberorum, non familiarum incrementa sed decrementa potius acceleret, et patriae patres conseruationem paternorum bonorum inprimis respuerint, hoc ipso statuto condito, alia profecto ineunda erat ratio, atque quod liberis concessum fuerat ius, matri dari non poterat. Vide diuersitatis rationem, et qui fiat, vt regula hic locum inuenire haud possit. Ne vero videamur nonnullis plus ingenio tribuisse, quam par est, rem illustrare placet exemplis partim ex Romano, partim Saxonico Iure petitis. Ita impubes arrogatus arrogatori §. 14. I. de Haeredit. quae ab intest. non hic illi succedit.

§. 3. *I. de adopt.* Adoptanti ab intestato succedit minus plene adoptatus. *L. 10. §. 1. C. eod.* minime adoptato adoptans §. 2. *I. de adopt.* Nepos et neptis succedunt aviae ex *Constit. Principum ad SC. Orfic. factis*, non tamen vice versa aviae successio nepotum datur §. 2. *Inst. de SC. Tertull.* Alium suppeditavit Magnificus Praefes causam singularem ex *Decis. Elect. nou. XLIX.* Quidam filio, factis prius sponsalibus publicis, sed ante copulam sacerdotalem nato, et aliquot dies post parturientis mortem denato, successione reciprocae iure succedere acriter contendebat. Cum vero dicta *Decis. Elect.* eiusmodi liberos legitimos atque heredes Patris esse velit (ne innocentes sine causa legitimis natalibus et successione simul fraudentur) Patrem vero delinquentem puniri iubeat; causa cadebat pater sponsus, edoctus praeter spem, iura successione non ubique esse reciproca. Etenim accurate significanterque indicavit ipsas *Decis. Elect.* diversitatis rationes, inter filii patrisque successione. Nec mitiora fata expertus est Pater sponsus, ubi postea stupratoris iure, sextantem bonorum a filio relictorum iure hereditatis reciprocae petebat. Quamvis enim usus fori tyrannus successione liberorum naturalium, quos concubina ediderat (damnato legibus nostris concubinato) ad spurios, quorum nulla erat apud Romanos successio, temere extenderit; Rectius tamen re pensata argumento nimirum eiusdem *Decis. Elect.* quae liberos sponsalibus clandestinis factis ante sacerdotalem benedictionem natos, illegitimos adeoque spurios declarat, et ab omni hereditate Patris stupratoris (clandestini licet sponsi) penitus arceat, iacturam hereditatis opimae faciebat stuprator, promeritas luens temerarii litigatoris poenas.

§. XV.

§. XV.

Iam pertractatis interpretationem statuti iuuantibus, remotisque dubiis generalioribus, quae eidem obfistere videbantur, faciliori via rem ipsam aggredimur. Dicendum de *matris successione in bonis liberorum*. Liberi vel legitimi, vel illegitimi sunt. Illegitimorum successione nescit statutum patrum, *vid. Inscript. von der Succession und Erbschaft nach des Mannes Tode, et verb. Artic. angeerbtes väterliches Guth.* Illegitimi patri non succedunt, quamvis et sine liberis et coniuge vitam reliquerit. *vid. §. 14.* quo id ex Iure Romano Saxonicoque et latius deductum, et casu illustratum est. Paterna itaque bona illegitimis non sunt; hinc *matrī*, in bonis liberorum illegitimorum in quibus neque patri neque paternae familiae ius est, plena successio statuto patrio, relicta est. Per illegitimos vero non intelligi incestuosos vel adulterinos, per se patet. *Nou. 89. cap. fin. Nou. 74. cap. fin.*

§. XVI.

Legitimos hic accipimus liberos, qui ex lege patri in bonis succedunt, non exclusis *legitimatis* ex eadem matre, remotis tamen *adoptiuis* (qui nec matri, nec haec illis succedit. *§. 2. Inst. de legit. agnat. success.*) et *consanguineis*. per *verb. Artic.* nostri hat auch die Frau Kiender, it. des verstorbenen Kiendes leiblich Geschwister. Sui sint, an emancipati legitimi, nihil interest. Et his defunctis, mater ex statuto succedit. Verba vero statuti dum inspicimus accuratius, *angeerbtes väterliches Guth.* it. solches *angestorbene Guth*; dubium nonnullis ea facere posse, videbantur, ratione liberorum *bilateralium*, quos pater viuis adhuc, assignando ipsis bona, exclusit, a reli-

qua hereditate *Land. N. Lib. 1. Art. 13. et Lib. 2. art. 19.* Qui verba captant, et strictissimae statutorum interpretationi inhaerent mordicus, dubiam faciunt fratribus vel fororibus in bonis separatorum successionem. Sed quam longe nos ab iis recedimus; probe intelligentes, non ex vno, quod primo se offert intuitu, indicio, neque ex praeconcep- ta aliorum et veteranorum quidem opinione, aut regula vaga et indeterminata, quae menti a prima aetate firmiter haeret infixae, legum pendere interpretationes, nec nuda verba, verum eorum, qui condidere leges, intentionem, certis et indubitatis manifestatam indicibus respiciendam esse. Diximus statutum patrium in fauorem fratrum fororumque defuncti datum. Detorquere vides fecus statuentes in odium, quod sapienter maiores in eorum emolumentum dedere. Praeterea agitur patria lege, vt conferrentur bona paterna filiis. Hoc quando patet, patebit etiam admittendos fratres fororesque ad successionem in bonis assignatis. Aut ne quis bona assignata non paterna statuet? Et si sunt, sique filiis conseruanda sunt, nonne admittendi ad successionem eorum, quae a patre profecta sunt? Dederat pater inter viuos superstes, quod eo mortuo, filius ex hereditate erat capturus: hoc quamuis nomine dicere non potes, *angeerbtes Guth, angeforbnes Guth*, effectu tamen idem est. Ita certe omnes, nisi qui iniurii in defuncti fratres fororesque sunt, contra statuti rationem manifestam, nobiscum sensuros credimus. En interpretationem erutam non ex verbis captatis, sed ex mente eorum, qui legem dedere!

§. XVII.

Fingamus *casum*; filius vxoris sine prole defunctae bona sua fecit, vel duas tertias relicta prole, retinuit. Hic postea

postea inprolis moritur, et matrem, fratres sororesque relinquit. Quaeritur: Vtrum mater liberos reliquos excludat, an vero secundum statutum patrium in usufructu solo succedat. Equidem videri posset nonnullis, et proprietatem sibi matrem vindicare posse, cum succedendum sit in bonis, quae filius non a patre, sed ab vxore habet relicta. At vero ex statuto maritus filius bonorum dotalium et paraphernalium plenus et perfectus dominus, sua eaque cum bonis paternis confusa, non vxoris bona postea defunctus relinquit. Matri igitur non nisi usufructus iure statuti cedit, id quod infra §. 19. pluribus demonstrabimus. In hunc fere modum filiae vxoris ante matrem defunctae bona, iure domini pleni et perfecti improlis viduus sibi acquirit. Socrum igitur viduus et gener suo iure excludit. *conf. Statut. Part. II. Tit. VIII. art. 1.*

§. XVIII.

Restat, vt de *nepotibus* videamus; Hos silet patria lex *arric. IV. et V.* et quod magis est, eosdem videtur excludere, cum matri tantum iniunctum sit, fidem praestare publicam liberis, de restituendis bonis, non item nepotibus. Verba Statuti sunt: Daß die Mutter solch angestorben Guth ihren andern Kiendern, als des verstorbenen Kiendes leiblichen Geschwistern, nicht entfrembde, sondern sie soll dasselbe gedachten Kiendern versichern. Sed salua res est: Etenim in successione legitima, liberorum nomine continentur nepotes, siquidem de fauore eorundem quaeratur, *L. 220. ff. de V. S. l. 47. ff. solut. matrim. l. 16. ff. de Testam. tutel. et passim locis in Corpore Iuris.* At constat rationem primariam statuti nostri successorii, in fauore descendentium et collateralium per patrem coniunctorum, prae matre et cognatis,

tis, esse positam, id quod et superius demonstratum est. *Artic. denique VI. Tir. I. Part. II.* cautum, successio- nem nepotibus repraesentando stirpem, filium filiamue, in bonis matris, deferendam esse. Hoc quod si est, eodem quoque iure succedere debet mater nepotibus, qui repraesentatione facta, filiorum filiarumque loco sunt. Sicuti enim nepotes succedunt in locum et ius parentum, ita et mater eodem iure illis, quo his succe- dit: Vis autem omnino inferretur, frausque statuto fie- ret, si quis potius ius adiudicaret matri in nepotum bo- nis, quam quidem competeat in filiorum. Id enim in- tendit statutum patrium, ut bona nepotum aequae ac filio- rum, paternae familiae, agnatisque seruentur integra, ne- que matris aut forte vitrici prodigis obnoxia sint manibus.

§. XIX.

Bona liberorum vel sunt hereditaria vel acquisita: illa vel *paterna* sunt vel *avita*, vel ab agnatis vel aliunde delata. *Acquisita* nobis dicuntur, quae quovis iusto ti- tulo, praeter haereditarium ad liberos perveniunt. Re- linquunt autem liberi bona vel *acquisita sola*, vel cum *pa- ternis confusa*. Illo casu, si quando liberi, a patre forte exheredes scripti, non paterna bona, sed sola sibi titulo oneroso vel lucratio quae sita transmittunt ad heredes, non dubitamus, quin matri ex Iure Saxonico Communi plena perfectaque successio largienda sit; Hoc vero casu, magis est, ut dicamus, matri ex statuto tantum usufru- ctum cedere. Videntur hic obstare expressissima statuti verba, deren (Kiender) angeerbtes Väterliches Guth soll der Mutter in den Schooß fallen. et *Art. V.* sequente, der Kiender erster Ehe Vattertheil. Hic si quis verborum naturalem vim sequi voluerit, aliter profecto non iudicabit, quam

quam matri integram hereditatem vindicandam esse. Nec fauet sententiae nostrae ipsa statuti ratio, in bonis paternis consuandis maxime conspicua, quae familiae erepta dici non possunt, cum acquisita tantum mater occupet. Ut raceamus regulas interpretationis generaliores, quae fortasse possent obiici, sponte enim sua hae concidunt, opposita partim genuina statuti ratione, partim ipsa conditione successione.

§. XX.

Primo enim statutum nostrum allegato *Art. IV.* vtitur promiscue verbis, angeerbtes Väterliches Guth, solches angestorbene Guth. Dicuntur autem *bona morte delata*, angestorben Guth, quaeque *hereditario* deferuntur *iure*, audiunt angeerbtes Guth: Vtraque eodem tempore *ratione deferentis* angestorben, *ratione autem heredis* proximi, sunt angeerbtes Guth, atque praecedunt hereditatem cremam et aditam. Proximum iam videre est, *a quo, et cui* deferantur bona. At patet ex *Art. IV. princ.* Bona a liberis post patrem demortuis deferri matri, ibi: Hat auch die Frau Kinder, und stirbet deren eines oder mehr, deren angeerbtes Väterliches Guth soll der Mutter in Schoß fallen. Quibus verbis non indicantur bona paterna filiis delata: denen Kindern angeerbtes Väterliches Guth, sed id volunt: bona paterna, quae a liberis matri deferuntur, deren Kinder angeerbtes Väterliches Guth, id quod magis explicant verba sequentis *Art. V.* ibi: und sie (die Mutter) sodann ichtwas von ihrer Kinder ersterer Ehe Vater-Theile anstürbe, so mag ihr Mann solches angestorbene Guth ic. conferantur verba antecedent. *Art. IV.* daß die Mutter solch angestorben Guth ihren andern Kindern, als der verstorbenen Kiender

C

der



der leiblichen Geschwister, nicht entfrembde. Caput disceptionis in eo consistit; vtrum statutum velit sola bona paterna, an vero omnem hereditatem iure vsusfructus matri deferre. Vbi statuentes innuerent solum paterna bona, quid de reliqua liberorum haereditate fieri deberet, et quomodo ab eadem separanda forent bona paterna, omnino non siluissent. Verisimillimum itaque, vocem väterlich, Vater-Theil, tantum *demonstrandi causa* adiectam, et *hereditatem liberorum* (inprimis infantium aut impuberum, quorum aetas acquirendis et augendis bonis minus apta est) a *potiori* dici *bona paterna*, quae maximam tamen partem, quamuis non solum, conficiunt hereditatem paternam. De eiusmodi liberorum hereditate hic praecipue agi, et rerum nexus hoc titulo, et verba *Artic. IV.* sondern sie, die Mutter soll dasselbe gedachten Kindern vor Gerichte, oder vor ihren Vormunden also versichern, daß sie daran ein Gemüßen haben können, vt et *Artic. V.* so mag ihr Mann solch angestorben Guth in Vormundschaft nehmen, satis probant. Et certe illud valde probabile, statuentes adiecta voce väterlich causam tantum principem indigitasse, qua hanc anomalam successionem introducere, inducti fuerint, et voce angeerbtes Guth tantum indicasse bona, quae regulariter iure Saxónico Communi matri titulo heredis vniuersali deferrentur.

§. XXI.

Iuuabit hic, vidisse quae habet CARPZOVIVS, *Parr. III. Constit. 14. def. 4. n. 3.* hereditas, inquit, per filium heredem semel adita, non amplius dicitur hereditas, nec obtinet nomen hereditatis, et bona illa paterna ex hereditate patris ei delata, non amplius sunt, et dicuntur bona paterna, sed proprium ipsius heredis fratris defuncti patrimonium. Recte ita *Vir magni Nominis*, licet id non probent,

bent, quos, citat, auctores et §. 1. *Inst. qui et quib. ex caus. manum.* in auxilium vocatus. *Acu rem tetigit vul. PIANVS L. 10. §. 2. ff. de pupillar. et vulgar. substitut.* ibi: *filio impuberi herede ex asse instituto, substitutus quis est: existit patri filius heres, an possit substitutus separare hereditates, ut filii habeat, patris non habeat? Non potest: sed aut utriusque debet hereditatem HABERE aut neutrius: IVNCTA ENIM HEREDITAS COEPIT ESSE.* Et *IDEM lege 1. §. 12. ff. de separation.* *Praeterea sciendum est, posteaquam bona hereditaria bonis heredis mixta sunt, non posse impetrari separationem: CONFUSIS ENIM BONIS ET VNI-TIS, separatio impetrari non poterit.* Et tantum potuit iure Romano confusio bonorum defuncti et heredis, ex quo hereditas adita, heresque in ius defuncti, quod habuit successit, et ita iura crediti et debiti, bonaque omnia defuncti et heredis, in persona heredis penitus confusa sunt. Equidem non negamus, in multis ex singulari aequitatis ratione a rigore huius stricti iuris *AVGVSTORVM* temporibus recessum fuisse: At nemo dubitat, in iis, ubi res fert, magnam eius adhuc superesse auctoritatem, quod vel ex nostro casu manifestum est. Quid quod ipsi rationi naturali eiusmodi bonorum separatio repugnat: vix enim ac ne vix quidem extricabilis est nexus bonorum paternorum, cum bonis filii heredis vnitorum. Si verum est, ea, quae parta sunt ex hereditate vel pecunia hereditaria, esse hereditaria, *arg. Leg. 54. ff. de Iur. Dot. Leg. 1. Cod. de pecul. castrens.* Quomodo, quaeso, separanda sunt bona paterna ab aliis, quae donata, emta vel permutata, paternae vero hereditatis auxilio in totum vel ex parte parta, vel ex pretio bonorum paternorum, venditorum, comparata, vel vendita

postea tamen redempta, vel denique indiuisa, perfoluto fratri cohaeredi partis hereditariae pretio, a defuncto fratre retenta, postmodum relicta sunt, vt sexcentas alias commixtionis inseparabilis species studio fileamus. Litem etiam nostram non facimus, quae fuit inter CARPZOVIUM et MEVIUM, quorum ille *Part. II. Constit. 12. definit. 1.* bona potius hereditaria paterna vel auita, quam acquisita praesumit; hic *ad Ius Lubecens. Lib. I. Tit. 10. art. 6. n. 59. 60.* contrariam defendit sententiam. Neutrum enim vniuersaliter dici posse certum: nam pro subiecta materia, bona mox hereditaria, mox acquisita habenda sunt. Nostro tamen casu magis hereditaria quam acquisita haberi bona defunctorum, vel maxime conditio liberorum loquitur.

§. XXII.

Instant dissentientes, praeter intentionem statuentium statutum ad acquisita bona extendi. Largiamur illis separationem bonorum vtriusque generis omni data opera in quibusdam saltim casibus fieri posse: et certe quoque inficias ire non possumus, in statuto bonorum diuisionem inter matrem et liberos sollicitate iniunctam esse, qua de re paulo post. Vim tamen statuto, nostra interpretatione fieri non videmus. Etenim non abscisse ad conseruationem bonorum patris, sed simul ad tutamen, et familiae paternae vtilitatem id respicere, supra docuimus. Primum quidem obseruant multa cura dissentientes, bona paterna tempore mortis patris, liberis assignata, custodiendo, at quae ex iis parta, permutata, vel iure accessionis etiam forte patris intuitu aduenere, insigni damno descendentibus ex patre dato, secure vides negligere. Et hoc demum

num est; contra intentionem statuentium et vtilitatem manifestam tam paternae familiae quam ciuitatis, frustraneo conatu niti.

§. XXIII.

Ad matrem quod attinet; in eam nostra interpretatio profecto iniuria non est. Etenim illa *ususfructus* gaudens *commodis*, non habet de quo viuens queratur, post fata vero eius inuidere liberis proprietatem velle, omnino turpe foret. Magis enim amare liberos quam cognatos praesumitur, eosque amore quoque maiori, quam vitricum maritum prosequi, legibus iubetur. Dare certe hoc potest mater liberis ex priori matrimonio susceptis, vt in successione fratrum sororumque, aliis, si quos ex secundis nuptiis habet, iure suo proximiori praeferrantur, quo iure etiam hi aduersus illos vtuntur in bonis maternis. Et ne sic quidem matris et liberorum vterinorum iuri detractum esse vides. Non leue pondus sententiae nostrae hoc addit; quod statutum ne minimum quidem indicium separandorum bonorum hereditariorum et acquisitorum suppeditet. Cum tamen probabile non sit, rem vel maxime arduam statuentes silentio inuoluturos fuisse, quando de diuisione bonorum fuse et accurate edixerunt. Sine legum autem moderamine eiusmodi separatio difficillima, vel frustraneum plane opus est. Nec solum norma discernendorum bonorum, qua carere omnino non possumus, penitus destituimur, sed et quod magis est, vbi *Articul. V.* hoc titulo, ordo successionis matris et collateralium plene tractatur, nulla fit separationis bonorum mentio. Et si separanda essent bona acquisita, qua, quae so ratione dici potest verbis final. huius *Artic. V.* Sic (die Mutter) das angestor-

Gene Guth von ihren Kiendern erbe, an ihre erste Kiender als des verstorben vollbürtige Geschwister, und ob die nicht vorhanden wären, an ihre andre Kiender, und dessen nächste Freunde. Bona acquisita si fecernenda sunt, ea profecto matri pleno heredis iure cedant, necesse est. Hoc si est, haec ipsa bona mater ad vterinos omnes, non primi tantum matrimonii, quod statutum tamen absolute vult, recte transmittit: et quod proximius est, hac ipsa patria lege horum acquisite, tanquam dotalium vel parapharnalium bonorum plenum et perfectum dominium in maritum transfert, quod vero prohibent finalia verba *Art. V.* und nicht an ihren Mann, noch an dessen Freunde.

§. XXIV.

Promissimus, nos de diuisione hereditatis inter matrem et liberos ex statuto dicturos esse: iam fidem liberamus. Postulat enim praesens institutum, vt hanc ipsam materiam non praetereamus silentio, cum forte nonnullis videri possit, diuisionem bonorum in patria lege ideo sollicitate fuisse expressam, quo de acquisitis et paternis bonis accuratius fieret iudicium. Damus hoc, diuisionem factam esse, priusquam successioni maternae locus est. Bona enim a defuncto patre delata, mox post tres quater denas a tempore mortis inter matrem, viduam et liberos iudicialiter diuidenda, et partes diuisae hereditatis ad acta publica referenda sunt. Ita cauet Statut. *Part. I. Tit. II. Art. 3.* ibi: Und wenn die Frau nach des Mannes Tode sich mit den Kiendern, oder die Kiender mit der Mutter theilen wollen, welches in drey mahl vierzehn Tagen nach des Vaters Tode vor dem Rathe geschehen soll. confer.

confer. eiusd. Tit. II. Artic. I. ibi: Das Dritttheil soll man den Kindern aussetzen nach der Mutter Tode vor dem Rathe gleichfalls in drey-mahl vierzehn Tagen, und dasselbe förder alsobald in der unmündigen Kinder-Buch lassen schreiben. At vero non minus post patris quam matris mortem idem obseruandum esse euincunt verba Statut. Part. II. Tit. 8. Art. 2. Wenn aber ein Mann oder Ehefrau in Stadt-Rechte allhier unmündige Kinder verlassen, denen sollen sie nach drey-mahl vierzehn Tagen vor dem alten Herrn des Rathes gewisse Vormunden bestellen, und sodann mit Wissen des Rathes und Einwilligung ihrer verordneten Vormünder ihren gebührenden Erbtheil aussetzen, versichern, und in das Kinder-Buch verschreiben lassen = mancherley künftige Irthum zu vermeiden, conf. Budisünische Vormundschafts- und Waisens-Ordnung, § XXXI. nec voluntaria eiusmodi est hereditatis diuisio sed simul cum adnotatione iudiciali partium hereditariarum necessario requiritur. Res extra dubium est posita, quando concurrat mater cum minoribus liberis; at ratione maiorenium dubitationi locus videri posset esse relictus, in citat. Statut. verbis: Und wenn die Frau nach des Mannes Tode sich mit den Kindern, oder die Kinder mit der Mutter theilen wollen, et iure Saxo-nico Lib. 1. Art. 20. haec ipsa diuisio voluntaria est, dummodo ad secunda vota mater non transeat; blieb sie aber mit den Kindern = lang oder kurz ungezweiet, mit ihren Guth = bleibt sie aber Wittue, nach ihres Mannes Tode mit ihren Kindern in der Kinder Guth, das ist ungeschieden von dem Guth. Enim vero quae naturae et indoli duplicis iudicii familiae heriscundae conuenientissima est interpretatio, ita se habet. *Aut matri*
aut

aut liberis (adeoque maiorennibus) ad diuisionem hereditatis prouocare est integrum; et quidem intra sex septimanas et tres dies, id post patris obitum coram Senatu fieri debet. Ita quidem intellectum statutum iuri communi Saxonico significanter satis derogat. Tandem generalis eius ratio *artic. 2. Tit. 8. Part. II. mancherley fünfftige Irthüme zu vermeiden*, parentibus odio secundarum nuptiarum haud obnoxiiis, in iudicio praefinito tempore diuidendae cum liberis iustae aetatis hereditatis imponit necessitatem. Vnde tamen neminem concludere posse arbitramur, bona ex hereditate paterna adscripta liberis ab acquisitis separanda esse. A diuersis enim argumentari non licet.

§. XXV.

Peruafum habemus, successionem matris in nepotum bonis ex patria lege nos §pho 18. a variis liberasse dubiis. Alia non minus dubiis inuoluta quaestio iam pertractanda: *an, nimirum matri bona liberorum auita eadem, qua paterna, ratione in usumfructum cedant*. Equidem statutum *dist. art. 4.* abscisse de bonis paternis hereditariis loquitur, von Wäterlichen angeerbten angestorben Guth, notanter etiam partem hereditatis paternae delatae liberis, dicit *Artic. 5. seqq.* Wenn auch die Frau bereits einen andern Mann zur Ehe genommen, und sie sodann ichtwas von ihrer Kinder ersterer Ehe Vatertheile anstürbe, so mag ihr Mann solches angestorbene Guth in Vormundschaft nehmen. Et hic qui stricta sibi statutorum interpretatione valde placent, in negatiuam eunt sententiam. Nobis iustae interpretationis ratio, alia omnia suadet, et vt a uocum recedamus proprietate cogit: *patris nomine auus quoque*

que demonstrari intelligitur, leg. 201. ff. de V. S. quod et innuit lex 51. ff. eod. tit. ibi: Appellatione parentis non tantum pater sed etiam auus et proauus, et deinceps omnes superiores continentur, sed et mater et auia et proauia. Hinc bona auita recte dixeris paterna, et contra. Indequo putamus, bona paterna auitaque coniungi in formula interdictionis bonorum apud PAVLVM lib. 3. sent. Tit. 4. apud CICER. orat. 2. in Verrem: patrimonia paterna atque auita, et apud QUINTILIANVM declam. 26. exui patrimonis paternis et auitis. Si de fauore liberorum agitur, nepotes et descendentes familiae eodem vti fauore, nemo dubitat. Quid ergo obstat, quominus fauorem paternorum bonorum iusta interpretatione ad auita quoque extendamus; et sicuti bona auita non solum dicuntur, quae abscisse ab auo, sed etiam quae a maioribus prouenerunt, CARPZOV. Part. II. constit. 12. def. I. n. 2. ita ad paterna bona recte referes, quae ab auo delata sunt. Vbi auita bona commixta cum paternis a patre post auum defuncto deferuntur liberis, in causam paternorum bonorum simul auita cadere, nemo ignorat. Certe solus mortalitatis ordo, patre ante auum defuncto, turbatus, potius ius matri et per consequentiam vitrico, secundo marito tribuere, et successioni fratrum vel sororum defuncti detrahere nequit. Paternis igitur bonis nostro statuto et auita includi verius esse videtur.

§. XXVI

Et ita debent esse comparata bona, quae relinquuntur a liberis, de quibus statutum cauet: soll der Mutter

D

ter

ter in den Schooß fallen. Phrasin hanc non tam iuri Saxonico communi et Magdeburgico, quam illis, qui ad haec concinnarunt glossas, debemus. Ita legimus *lib. III. artic. 38. in gloss.* Da ist kein Erbe, denn das ungeborene Kind allein, und würde es lebendig geboren, und stirbe es darnach, so fiel das Erbe der Mutter in den Schooß, und die Mutter bliebe darnach sein Erbe. Et *Weichb. Art. LVII. ibique glossa:* und hett der Mann Kinder, die nicht bestattet weren, dieweil die Kinder stürben, das Angesell stirbet der Mutter in die Schooß, als ferr als das todt Kind kein Kind füran mehr vor sich hat. Et editor LOSSIVS, cuius Freibergens. in praemissis Iur. Saxon. Commun. Freibergae 1545. edit. Kindt fället sein Erbe der Mutter in die Schoß. Si coniecturae locus est, videntur Glossatores his ipsis verbis der Mutter in den Schooß fallen, vsi ad exemplum eorum, quae occurrunt *art. XVII. lib. I. Land. N.* umb das Erbe nicht gehet aus dem Busen, dieweil der ebenbürtige Busen da ist, quae verba tantum patrem tangunt, docente nos ipso *artic. XVII. & inprimis ibidem glossa:* durch das das Erbe aus dem Busen des Vaters nicht stirbet, dieweil da ein ebenbürtig Kind ist, denn der Busen gehet nicht forder denn von den Vater auf das Kind, zeuget nu einer fort ein ander Kind, das gehet aus seines Vaters Busen, und aus seines elter Vaters Busen nicht. Procul dubio ansam ita dicendi dederunt verba *art. III. lib. I. Land. N.* ibi: an dem Haupt ist bezeichnet man und weib zu sehen, die ehelich und ehrlich zusammen kommen sind. In des Hals-Glied die Kinder, die on Zweigung vom Vater und Mutter geboren sind.

sind. Hoc loco, quod dicitur Hals-Glied, der ohñt
Zweigung von Vater und Mutter gebornen Kinder, id
omnino innuit, dict. Art. XVII. der ebenbürtige Busen,
et dict. gloss. der Busen von dem Vater auf das ebenbü-
rtige Kind. Hanc Iure Saxonico et Magdeburgico no-
tanter distinctam dicendi formulam confundit Illustr.
BOEHMERVS in post. de grad. matrim. c. 3. memb. 2. §. 5.
ibi: Sic Iure Saxon. et Magdeburg. excludunt defuncti
fratres iuxta regulam: Das Erbe fällt den Eltern in
den Schooß. Soli enim matri propria haec dictio, in
Schooß fallen, quam nuppiam ad patrem applicari le-
geris.

§. XXVII.

Patet ex his formula das Erbe der Mutter in den
Schooß fallen maioribus nostris idem fuisse indigitatum,
quam quod est, *bona hereditaria matri iure hereditario
acquiri*. Patrii iuris conditores verba a glossatoribus mu-
tuasse verisimillimum nobis videtur; sed alio plane ab
iisdem sunt adhibita sensu. Tot enim rationes, quas
mox dabimus, ipsaque usufructus conditio, in bonis a
defunctis liberis relictis, manifeste arguunt, eodem signi-
ficatu verba statuti, soll der Mutter in den Schooß fallen,
qui olim obtinuit, et a glossatoribus receptus est, apud nos
venire non posse. Constat, usufructuarium heredem
non esse, vtpote qui succedit in ius vniuersum, quod de-
functus habuit, L. 24. ff. de V. S. L. 26. ff. de Reg. Iur.
Usufructus vero non est vniuersi Iuris (personalis vel
realis; etiam pleni dominii) quod defuncto fuit, sed

D 2

parti-

particularis (ususfructus hereditatis liberorum a proprietate auulsi) acquirendi modus. Hinc usufructuarius non repraesentat personam defuncti, eiusdemque domini, dominium enim et ususfructus differunt essentialiter. Et mater semel heres, nunquam heres esse desinere potest. *L. 88. ff. de hered. instituend. §. 3. Inst. de fideicommiss. hered. L. 7. §. 10. fin. ff. de Minor.* inde recte glossa *Land N. Lib. 3. art. 38.* so siel das Erbe der Mutter in den Schooß, und die Mutter bliebe darnach sein Erbe. Ex statuto autem nostro *§. 5. Tit. 1. part. 2.* dici nequit, quod mater heres esse non desinat, quando expresse disponitur, de hereditate liberis primi matrimonii bilateralibus relinquenda. Mater vero semel heres facta, heres maneret continuo, nec ad primi tantum matrimonii liberos, quod statutum vult, sed ad alios recte transferret bona hereditaria. Sicuti vero in re certa institutus heres, ubi vniuersalis adiectus, legatarii loco est, *L. 13. Cod. de hered. instituend.* ita etiam mater titulo singulari non vniuersali heredis, ex lege patria in usufructu, tanquam in re singulari ad dies vitae succedit, quod eo magis verum est, cum neque mater heres in diem siue ad dies vitae, neque ex die siue post mortem matris fratres vel sorores heredes esse possent, *§. 9. I. de hered. instituend. L. 34. ff. eod. Tit.* Vtrumque prorsus abhorret statutum nostrum, neque ex die neque in diem admittit heredem, iure deferens hereditatem, solis defuncti fratribus et fororibus, matri duntaxat vsumfructum. Notatu digna sunt verba *art. 5.* in Fall die Frau mit Tode abgienge, sie das angestorbene Guth, von ihren Kindern erbe an ihre erste Kinder. Non dicitur hic,

hic, sic das angestorbene Guth erbe an ihre erste Kinder, mater enim heres non facta, liberis primi matrimonii hereditatem deferre non potest; Et si heres facta esset, cur non ad omnes vterinos hereditaria bona transmitteret, vel potius in secundum maritum dominium plenum et perfectum, quod sic haberet, transferret. Magis vero est, vt dicamus a defunctis liberis statim et immediate, superstiti fratri, aut sorori iisque bilateralibus hereditatem deferri, quod volunt verba, von ihren Kindern erbe, an ihre Kinder. Absolum enim non est, dominii et hereditatis vsum suspendi ad tempus mortis matris usufructuariae. Hoc quod si est, certe ius ipsum hereditarium et dominium, non potest, quod aiunt, in aere volitare, sed quod matris esse non debet, manet omnino penes defunctorum liberorum fratres vel sorores, atque post matris mortem demum, cum effectu, ad id vsque tempus suspenso, ipsis plenissime cedit.

§. XXVIII.

In hunc fere modum intelligenda verba: in Fall die Frau mit Tode abginge Sie von ihren Kindern erbe an ihre Kinder erster Ehe. Caue tamen putes, his significari, quasi ad mortis vsque momentum matri defuncti bona iure hereditario relicta fuerint; quicquid etiam SCHILTERVS *Exercit. ad D. 38. §. 81. sqq.* moribus Germanorum tribuat; verba tamen statuti sequentia, von ihren Kindern erbe an ihre Kinder erster Ehe, aperte contradicunt, et simul antecedentia, in Fall die Frau mit Tode abginge, explicant. Imo statutum quod

D 3

ad

ad rationem iuris communem propius reuertitur, non temere detorquendum est, vt a communi iure recedatur, quod hereditatem ad certum tempus, aequae ac ex certo tempore deferri, improbat. Si cui forte scrupulum iniecerit vox *angestorben*, sciat ille ea innui, morte quid absque hereditario tamen iure deferre, id quod probat *Land. N. Lib. II. art. 33.* ibi: oder eine Vormundschaft ansirbt, morte certe defertur non vero iure hereditario tutela. Satisfatio praeterea, §. 4. et 5. statuti matri viduae et vitrico sollicitae iniuncta, non potest alia concipi quam usufructuaria. Certe fideicommissariae locus esse nequit, quia statutum non cadit in causam fideicommissi, et de vitrico forte nemo tale quid cogitauerit: in quem profecto fiduciarium heredis nomen et ius multo minus quam in matrem cadere posset. Et frustra art. 6. statuti foret conceptus, vbi casus *Leg. vn. §. 7. Cod. de caduc. tollend.* daretur. Quodsi itaque non omnis ratio prius dictae satisfationis penitus exulare debet, affirmandum mouentibus simul iis, quae supra dedimus, matrem tantum usufructuariam, nequam vero heredem esse.

§. XXIX.

Quantum nostra intersit, vti certus atque definitus sit modus successione matris in bonis liberorum, plurimum casuum decisiones ab ea certitudine pendentes probant. Ita quaestio satis est anceps, an propter aequalem defunctorum liberorum contra matrem, quae tamen hereditate utitur fruatur, creditoribus competat actio. Sed facile quis sese extricauerit, cogitans, non contra matrem

trem usufructuariam, sed contra heredem fratrem vel sororem defuncti actionem dari, quae personae tantum in obligationem eius, cuius heredes facti sunt, succedunt, eumque repraesentant, et adeundo hereditatem, usufructu licet suspenso, quoad viuit mater, creditoribus defuncti fratris quasi obligantur *Leg. 1. §. 6. ff. ad SC. Trebellian. Leg. ult. §. fin. ff. de contrabend. emt. add. Illustris WERNHERVS Vol. VI. part. 9. obseruat. 167. CARPZOV. 2. 42. 15.* Idem dicendum, si liberi codicillis factis legata ordinauerint *leg. 33. pr. ff. de Legat. 2. Leg. 1. Cod. si certum petat. CARPZOV. Lib. I. Tit. 10. Respons. 104. num. 9.* Frustra ideo matris fidei committitur, vt vel hereditatem vel fideicommissum speciale (addimus vsumfructum) restituat, *arg. §. fin. I. de fideicommiss. heredit. iuncta leg. ult. Cod. de fideicommiss.* Nec minus temeritatis incurrunt inuidiam, qui matri usufructuariae non heredi nec dominae ius accrescendi vel accessionis, quod ab hereditario vel dominii iure pendet, praeterquam augendi usufructus causa vindicant. Manifestum inde, defuncti fratres vel sorores ex statuto solos heredes, recte deducere aes alienum defuncti, legata, impensas in fructus pendentes factas, antequam matri tradant vsumfructum bonorum haereditariorum, quae non intelliguntur, nisi deducto aere alieno, solutisque legatis. Ita in procliui quoque est, fratribus et sororibus defuncti iure dominii seruanda bona esse, quae vsumfructum nullum, saltem non matri praestant. e. gr. bibliotheca, nummophylacium, et alia. Finge porro, hereditariam domum, quae iure braxandi gaudet, cessisse in vsumfructum matris. In hac, vbi conflagrauerit igne, et ab heredibus defuncti resecta fuerit,

rit, mater usufructum omnino amittit, quod vero inhaerit areae, ius braxandi ei denegari non potest. Iam vero nemini dubium reliquum esse putamus, quod matri ex statuto vel in legitima liberorum ius hereditarium non detur. Neque tangit statutum, quicquid de substitutione pupillari, excludente matrem a legitima, legibus est proditum. Certe ubi matrem a legitima substitutus frater vel soror excludit, subsistit substitutio, dummodo matri usufructus statutarius saluus sit. Hoc quodsi factum non est, vel extraneus pupillariter fuit substitutus, ad matrem legitima priuanda, non iure digestorum et in primis *L. 8. §. 5. ff. de inoff. testament.* Sed iure *Iustiniani Augusti L. 30. 32. 36. §. 1. Cod. de inoff. testament. Nouell. 1. in praefat. §. 2. Nouell. 18. c. 1. et Nouell. 115. c. 3. 4.* matri legitimam saluam esse colligimus; certe non quoad proprietatem, nec iure haereditario, si quidem defunctus impubes filius vel filia reliquerit fratres vel sorores, quo casu statuto omnino standum est.

§. XXX.

Possēmus equidem plura ex his iam dictis, et in primis, quae §. 27, 28. adstruximus, deducere, sed vela contrahenda sunt. Vnum addimus casum, quem praeiudicio confirmare placuit. Mater exhaustis bonis excitaui concursum creditorum. Quae requiritur statuto cautio iudicialiter faciēda a matre, de bonis liberis restituendis, facta non est. Vrgent Creditores traditionem bonorum omnium, instant liberi relictī, postulantes separationem bonorum, quae quis vel a fratre vel sorore relictā habet.

Quae-

Quaestum fuit, vtrum liberorum an Creditorum causa sit potior. At cum matri in bonis iis merus vsusfructus, liberis proprietas sit, creditores vero in bonis, quae mater propria habet, tantum succedant, quis non videt respondendum esse, salua esse debere liberis, quae matris nunquam fuere. Ita et in matris tantum bona, non in filiorum inuolare possunt ereditores. Idem casus contigit in patria anno 1733. liberos cuiusdam ciuis Spanckii concernens, quibus bona hereditaria a praedefunctis sororibus relicta (quorum vsusfructus matri bonis lapsae postea, cesserat) moto concursu a Facultate Vittebergenfi adiudicata sunt hac formula:

405. Thlr. 16. Gr. $\frac{1}{2}$. Pf. ermeldten Reicheln in Vormundschaft derer Spanckischen Kinder Erb-Guth von denen vor der Mutter verstorbenen Schwestern. Rationibus decidendi his additis: Ob es wohl das Ansehen gewinnet, daß der Spanckische Vormund mit der liquidirten Post derer 405. Thlr. 14. Gr. $\frac{1}{2}$. Pf. als von denen vor der Mutter verstorbenen Schwestern auf seine Pfleg-Befohlenen verfallenes Erb-Guth, von gegenwärtigen Concurs abzuweisen, in Erwegung, daß sothanens Suchen der Disposition Sächf. Rechte, nach welcher die Eltern alle übrige Andern wandten von der Succession in ihrer verstorbenen Kinder Vermögen gänglich ausschließen, offenbar entgegen lauffe, hierüber an der Existence des von dem Spanckischen Vormunde angezogenen Statuti, und wie weit selbiges zu Recht beständig sey, sich verschiedentlich Zweifel ereignet. Dennoch aber und bierweil die Statuta denen Landüblichen Rechten ohnstreitig derogiren, und denn das fol. 24. b.

E

ange-

angezogene Statutum klare Maße giebet, daß im Fall eine Frau Kinder hat, und deren eines oder mehrere verstorben, deren angeerbtes väterliches Guth der Mutter, jedoch also, daß dieselbe solch angestorben Guth ihren andern Kindern, als des verstorbenen Kindes Geschwistern nicht entfrembde, in den Schooß fallen solle, hiernächst, was von den Litis Curatore wieder die Gültigkeit des Statuti an sich selbst angeführet worden, von keiner besondern Erheblichkeit ist, nachdem in den fol. 30. befindlichen und an das dasige Ober-Amt ergangenen allergnädigsten Rescript dem Rathe daselbst die Production des Priuilegii Rudolphini amnoch nachgelassen, die Statuta hingegen überhaupt so lange praesumptionem obseruantiae vor sich haben, bis ein widriges bewiesen wird

MEV. P. III. Dec. 60.

HERT. T. I. Conf. 167. n. 2.

In übrigen denen Spanckischen Kindern, welchen auf solche weise das Eigenthum an ihrer vorher verstorbenen Geschwister Verlassenschaft zugefallen, unschädlich ist, daß ermeldte Schuldnerin ihnen dießfalls Versicherung zu schaffen, unterlassen. quam sententiam, leuteratione neglecta, confirmarunt scabini Hallenses, his in primis rationibus moti! Das zweyte Grauamen ist gänzlich vor irrelevant zu achten, in mehrern Betracht das Priuilegium Rudolphinum überhaupt bekant genug, auch das fol. 24. Vol. IV. angezogene Statutum klärlich besaget, daß, wenn eine Frau Kinder hat, und deren eines oder mehrere sterben,

de-

deren angeerbtes väterliches Guth zwar der Mutter in den Schooß fallen soll, doch also, daß sie solch angestorben Guth ihren andern Kindern, als des verstorbenen Geschwistern nicht entfrembde, mithin dergleichen statuta, wie in vorigen Urthel bereits ausgeführet, nach so langen Jahren praesumptionem legalitatis für sich haben, die erfolgte Rescripta aber von künftigen Fällen zu verstehen, und auf die vorhergehende nicht zu erstrecken. Vtraque tandem sententiarum, interposita licet appellatione, in summo etiam appellationum Iudicio mense Jun. 1735. probata est. Rationes decidendi a ICtis Vitebergensibus datae, et a Scabinis Hallensibus approbatae simul ea, quae supra dedimus, apprime illustrant, confirmant. Inprimis notanda sunt verba: In übrigen denen Spanckischen Kindern, welchen auf solche Weise das Eigenthum an ihrer vorher verstorbenen Geschwister Verlassenschaft zugefallen, unschädlich ist, quae nos docent, bona defuncti hereditaria, eorumque dominium non matri sed immediate statim fratribus vel sororibus iure hereditario deferri. Manifestum inde, iura accrescendi et accessionum tam in bonis hereditariis quam in acquisitis recte fratribus vel sororibus defuncti supra vindicata.

§. XXXI.

Reliqua, quae consulto omittimus, a doctrina vfusfructus et iuris statutarii conditione pendent omnia. Proinde non diximus de cautione vfusfructuaria, a matre vel vitrico, secundo marito praestanda, de remissione cautionis,
de

de administratione bonorum, quae matri vel vitrico incumbit, de iure vitrici et liberorum primi et secundi matrimonii finito usufructu, de modis amittendi usufructum statutarium, de actionibus, affinibus et reliquis contrariis, ut et de iuribus statutariis quoad personas et res. Poteramus alia monuisse, nisi quos opusculo posueramus limites, suassissent aliud. Sed offeret sese forte occasio, ubi data opera, et latius haec pertractari, et ex reliquis statutis Lusatae superioris illustrari confirmarique poterunt.







Leipzig, Diss., 1735 R-Z
VD 18

ULB Halle


3

007 004 001



TA → OL





B.I.G.

Farbkarte #13

1735, 27.
8

O INAVGVRALIS
DE
ONE MATRIS
EX
VDISSINENSI
VLGO
Schoof-Gall
QVAM
TORITATE
TORVM ORDINIS
ESIDE
ADEMIAE RECTORE
RENTE RIVINO
ICTO
CANONICO NVMBVRGENS.
FACVLT. IVRID. ASSESS.
PRO
QVE IVRE HONORIBVS
ESSENDIS
BLICO PROPOSVIT
VCTOR
GODOFREDVS
NEIDER Δ
IVDICII SVPREM. PRAEFECT.
DVOCATVS ORDINARIVS.
OVEMBR. CIO IDCC XXXV.
RISTIANI LANGENHEMIL.